



**Recollectio Spiritvalis**

**Masen, Jacob**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Capvt IX. De triplici orandi modo, per Meditationem elevato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60213](#)

Illusioni-  
bus Da-  
manis  
quandoq;  
hic lo-  
cus est.

Ex his priores tres modi , quibus se Deus fecit communicat illusionibus Diaboli magis, quām posteriores obnoxii sunt , cum ille se non raro transformet in Angelum lucis, fictisque lumenibus , loquacis, ac suavitatibus fallat, ut rudis in hac arte , sine spirituali , & exercitato duce progredi ac fidere satis nequeat ; præsertim , si à conformitate cum lege Dei , Ecclesiæ , aut religionis antiquæ hi sensus abducant, proprioque homines judicio adversus communem Doctorum sensum affigant. Nam ex hoc fine velut cauda hic serpens potissimum agnoscitur. Hæc igitur tam ad instructiouem , quām cautelam paucis censi communicanda.

## CAPVT IX.

### *De triplici orandi modo , per Medita- tionem elevato.*

Heb. 4. de  
modis  
oran.  
De tribus  
orandi  
modis tri-  
plici via  
accom-  
modatis.

**U**T omni via rectè pièque meditaturis consuleret D. IGNATIUS , aliam methodum tradidit , quām orandi vocat ; quod ad usum communem orationis ex parte accederet. Triplicem illam constituit , triplici via purganti, illuminanti, & unienti accommodatam ; ut qui in discursu steriles , vel debiliori aut fatigato ingenio sunt , facilem haberent meditandi rationem , ad quam se , non sine profectu

# EXERCITIOR. SPIRITAL. 35

euſ ſeſtū ſpirituali, recipereſt. Quanquam talis  
tā illa ſit, quæ etiam ad omnia integris rectē uti-  
arō littérque queat perſuaderi.

Primus orandi modus eſt, cùm pro materia  
ni-  
idit  
ue  
, ſi  
aut  
tio.  
em  
fine  
ur.  
au-  
  
assumitur præceptum aliquod, Dei, vel Eccle-  
ſiæ: aut potentia, quæ in nobis eſt, præcepto-  
rum executiva; aut aliquod peccatum contra <sup>1. Modus  
de præcep-  
to, poten-  
tia, aut  
peccato.</sup>

leges commiſſum. In quo, prævia mentis recol-  
lectione, ac gratiæ petitione, primò agnoscam  
cam æquum eſſe, ut præcepta ſervemus, po-  
tentiis rectē utamur, peccata vitemus. Dein-  
de ſi ſecus factum ſit, dolebo, & ſtatua dein-  
ceps cavendum; ſi rectē; gratiis Deo aetis;  
me in proposito firmabo, & per colloquium  
gratiam à Deo postulabo, atque oratione Do-  
minica concludam. Ita singula e. g. præcep-  
ta Decalogi evolvam, iis tamen potiſſimum  
inhærendo, contra quæ maximè deliqui, ut  
de ſeria emendatione ſtatuantur. Ex quo pa-  
tet, primum hunc orandi modum parum à  
conſueta meditandi ratione abeffe.

Secundus orandi modus, preces aliquas  
meditatione ruminandas assumit. e. g. Pater  
noster, & præparatione animi cum gratiæ po-  
ſtulatione præmissa, ſingulis deinde verbis  
(aut pluribus, cùm ad ſenſum requiruntur)  
attentè penſitandis inhæret. Significata expen-  
duntur, ſenſuſque per ſimilia illuſtrantur, ut  
piæ hinc moſiones, guſtūſque spiritualis hau-  
riatur. Et tamdiu ſingulis immorabitur,

<sup>2. Depre-  
catione  
aliqua  
verboteſ  
nus ex-  
pendenda.</sup>

dum ratio & affectus sinent. Absolutâ porro horâ, quod ex oratione reliquum erit, cursim recitatitur, & colloquio, ad personam quam spectabat oratio, unâ cum gratiæ, aut virtutis alicujus petitione, instituto, finiemus. Enalterum orandi modum Meditationi quoque a finem, qui per quotidianas preces, vim sensimque illarum magis penetrandum, magno fructu instituetur.

*3. De simili precatione strictius per singula suspiria evolvenda.*

Tertius orandi modus, priori non dissimilis at strictior, eâdem præparatione mentis prævia, singula verba, aut sensus orationis Dominicæ breviter, velut per singulas respirandivices, transmittit, expensâ interim, vel significacione vocis, vel personæ ad quam spectat dignitate, vel mea ipsius vilitate, yellutriusque etiam differentia. Concludi denique hic, & superior orandi modus secundus poterit, per alias quasdam preces ordinarias celerius decuras: ut si *Pater noster* per suspiria expensum sit, addatur, *Ave Maria, Credo, Anima Christi, & Salve Regina*, velut loco colloquii.

## CAPVT X.

### *De Repetitione Meditationum utiliter instituenda.*

*Repetitio quandoq;*

**O**bservavit etiam D. IGNATIUS utiliter quarundam Meditationum, atque illa-